

CAPUT XXVIII.

- 1. ET cum evassemus, tunc cognovimus quia Mitylene insula vocabatur. Barbari vero prestabant non modicam humanitatem nobis.
2. Accensa enim pyra resciebat nos omnes propter imbrem, qui imminabat, & frigus.
3. Cum congregasset autem Paulus sarmentorum aliquam multitudinem, & imposuisset super ignem, vipera a calore cum processisset, invasit manum eius.
4. Ut vero viderunt Barbari pendentem bestiam de manu eius ad invicem dicebant; Utrique homicida est homo hic, qui cum evaserit de mari, ultio non sinit eum vivere.
5. Et ille quidem excutens bestiam in ignem, nihil mali passus est.
6. At illi existimabant eum in tumorem convertendum, & subito casurum, & mori. Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, convertentes se, dicebant eum esse Deum.
7. In locis autem illis erant pradia principis insule, nomine Publii, qui nos suscipiens, triduo benigne exhibuit.
8. Contigit autem Patrem Publii febribus, & dysenteria vexatum jacere. Ad quem Paulus intravit: & cum orasset, & imposuisset ei manus, salvavit eum.
9. Quo facto, & omnes, qui in insula habebant infirmitates, cedebant, & curabantur.
10. Qui etiam multis honoribus nos honoraverunt, & navigantibus imposuerunt, que necessaria erant.
11. Post menses autem tres navigavimus in navi Alexandrina, qua in insula hiemaverat, cui erat insigne Castorum.
12. Et cum venissemus Syracusam, mansimus ibi triduo.
13. Inde circum legentes devenimus Rhegium, & post unum diem stante Austro se unda die venimus Puteolos.
14. Ubi inventis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem. & sic venimus Romam.
15. Et inde cum audisset fratre occurrentes nobis, usque ad Apii forum, ac tres Tabernas, Quos cum vidisset Paulus gratias agens Deo, accepit fiduciam.
16. Cum autem venissemus Romam, permissionem est

- Paulo manere sibi met cum custodiente se mittere.
17. Post tertium autem diem convocavit primos Iudeorum. Cumque cognovissent, dicebat eis, Ego, viri fratres, nihil adversus plebem faciens, aut morem paternum, vindictus ab Ierosolymis traditus sum in manus Romanorum.
18. Qui cum interrogationem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eo quod nulla esset causa mortis in me.
19. Contradictibus autem Iudeis, coactus sum appellare Casarem, non quasi gentem meam habens aliquid accusare.
20. Propter hanc igitur causam rogavi vos videre, & alloqui. Propter spem enim Israel, catenam hanc circumdatus sum.
21. At illi dixerunt ad eum; Nos neque litteras accepimus de te a Iudaea; neque adveniens aliquis fratrum nuntiavit, aut locutus est quid de te malum.
22. Rogamus ante a te audire, qua sentis: nam de secta hac notum est nobis, quia ubique ei contradicitur.
23. Cum constituisset autem illi diem; venerunt ad eum in hospitium plures, quibus exponebat, testificans regnum Dei, suadesque eis de Iesu ex lege Moysi, & Prophetis a mane usque ad vesperam.
24. Et quidam credebant his qua dicebantur, quidam vero non credebant.
25. Cumque invicem non essent consentientes, discedebant, dicente Paulo unum verbum. Quia bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiam Prophetam ad Patres nostros.
26. Dicens, Vade ad populum istum, & dic ad eos, Aure audietis, & non intelligetis; & videntes videbitis, & non perspicientis.
27. In crassum est enim cor populi huius, & auribus graviter audierunt, & oculos suos compresserunt, ne forte videant oculos, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanentur eos.
28. Notum ergo sit vobis, quoniam gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient.
29. Et cum hac dixisset, exierunt ab eo Iudaei, multam habentes inter se questionem.
30. Mansit autem biennio toto in suo conducto, & suscipiebat omnes, qui ingrediabantur ad eum.
31. Pradicans regnum Dei, & docens que sunt de Domino Iesu-Christo cum omni fiducia, sine prohibitione.

ARGUMENTUM

ARGUMENTUM.

PAULUS est naufragio Melitam ingressus viperam manu excutit illaesus, Publii patrem sanat, & multos alios, qua de causa multis magnis honoribus Paulus veneratur; Romam venit; convocatis Iudaeis causam sui adventus proponit Christum praedicat; ut etiam facit Romae generose per biennium libero carcere degens.

Act. 28. n. 1. Et cum evassemus, tunc cognovimus, quia Mitylene insula vocabatur. Barbari prestabant non modicam humanitatem nobis.

Versiones.

PRIMA EXPOSITIO.

- 1. Vers. 1. ET cum evassemus est naufragio, & periculo, tunc cognovimus per habitatores terrae, quia Mitylene insula vocabatur, deducto nomine ab optimo melle, quod in ea datur. Barbari, id est, Melitenses, seu incolae Maltae, dicuntur a Paulo Barbari, quia non erant Graeci: sed moribus, lingua, ac disciplina erant omnino inculti, & inde maxime laudabiles, quod in Paulum, ac socios tantam praestiterint humanitatem; Syriacus, charitatem; Arabicus, beneficium; Aethiopicus, Rustici benefecerunt nobis multum.
Vers. 2. Accensa autem pyra, id est, magna congerie lignorum ardentium resciebat nos, Syriacus calefecerunt nos, quia ventus, imber aquarum, qui eminebat frigidus, Oecumenius, qui opprimerat nos.
Vers. 3. Cum congregasset Paulus sarmentorum aliquam multitudinem, sarmenta sunt proprie segmina vitium sicca, & inde omne lignum combustibile sarmentum vocatur, & ideo Aethiopicus transfert viticulatorum fasciculum, ecce magna Charitas Pauli, quod cum ipse esset frigore molestatus non se calefaciebat; ut aliis praestaret materiam igni ad alios fovendos, vipera a calore ignis momordit manum Pauli; de quo in questione.
Vers. 4. Dicebant utique homicida est homo hic, nam apud omnes gentes homicidiae mors ad iudicata est, & ultio non sinit eum vivere, Syriacus, Justitia non sinit eum vivere, iustitia, scilicet, Divina, Aethiopicus, ultio sanguinis.
Vers. 5. Excutens bestiam in ignem, nil mali patiens est, Syriacus, nihil adversi ei contigit, Arabicus, nec accidit ei infortunium malum, Aethiopicus non sentiens doloris quicquam.

QUESTIO I.

Quare Melitensium charitas tantum laudatur, & sublimatur.

Cum essent egressi de navi in insulam, dicitur vers. 1. Barbari vero prestabant non modicam humanitatem. D. Chrysofost. multam charitatem, nam accenso igne eos fovebant, ac calefaciebant, & ad hanc eorum charitatem magis declarandam, ac sublimandam dicuntur Barbari, hoc est non moribus, ac disciplina expediti, & cum tales essent tantam charitatem erga naufragos impendebant, ut expendit D. Chrysofost & virtus ab indisciplinato

& rustico maxime laudabilis, & glorificanda. Cum Christus pergeret in domum Centurionis ad sanandum puerum ejus, ipse Centurio obvius Christo ait illi, Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus, audiens Christus dominus dixit sequentibus se, Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. Math. 8 n. 11. Quomodo dicis Domine, quod non invenisti tantam fidem in Israel; nonne magna fides fuit illa Sancti Simeonis, qui te puerum in manibus suscepit, & te Salutare Dei vocavit, & lumen ad revelationem gentium. Luc. 2. n. 29. nonne magna fuit illa fides Nathanael, qui primus omnium confitetur, Tu es Filius Dei Rex Israel, Joan. 1. n. 49. merito tamen Christus Dominus extollit fidem Centurionis, ut de eo dicat non inveni tantam fidem in Israel, nam Simeon, & Nathanael, & alii erant instructi doctrina scripturae & illuminati oculis prophetarum; at vero Centurio omnium ignarus, & rusticus, & tamen tam praecleara fide Christum verum Deum confitetur, & veneratur, ideo ejus fides valde praecleara magis laudibus fuit proclamanda. D. Basilii. Seleuc. orat. 19. unicus gentilis super totam Iudaorum multitudinem fide se extollit.

QUESTIO II.

Quare D. Paulus Melitensibus magnum gratiarum cumulum dedit.

Illi Paulo ad se calefaciendum a tanto frigore derunt ignem, ille vero eis multa, & multo majora. 1. Eos adducens a suis erroribus illuminavit ac instruxit in fide Christi, & ita stabiles, ac firmi, ut etiam insulae redacta sub potestate Maurorum, numquam fidem amitterent. 2. In Melita viperae, scorpiones, & serpentes suo morfu venenum non impingunt, nec defendunt, 3. Gledae herbae Melitenses sunt magna antidota adversus venenata, sanantque morfu quoscumque venenatos canum, aut aliorum rabidorum; febres malignas, & alias infirmitates. 4. Toram insulam, quasi sibi sacratam, sub suo praesidio tueri deprehensus est Paulus, & pessime adversus pestem, famem, ac hostiles incurfus, ut multis exemplis probant Octavius, Cajetan. Thomas Tazellus. Ganellus apud Tirinum.

Sancti maxime grati, ac remuneratores sunt beneficiorum, quae in eorum obsequium exhibentur. Cum Abrahamus ab Hethaeo Dei princeps cognominaretur Audi nos Domine princeps Dei apud eos Gen. 23. n. 5. Bonus senex tam honorifico nomine affectus, ac condecoratus honorem externo signo valde magnifico rependit, surrexit Abraham, & adoravit se ipsum populum terrae. n. 7. non solum adoravit Hethaeum, sed etiam universum populum terrae; addit Hethaeus honores honoribus, & iterum Abraham vocat dominum Nequaquam ita fiet Domine mi. n. 11. sed Abrahamus tot ac tantis honoribus cumulatus adoravit coram populo terrae. n. 12



Procop. ac publice, & patenter? & sic unus quisque alterum ad invicem honorabat. Procopius ait, licet ipsum confiterentur Regem, non tamen erubuit illos adorare.

10. Et hoc tantâ magnificentiâ præstanti justis in largiendis beneficiis, ut magis se considerent debitores quam largitores, magis existimant recipere, quam dare Isai. 2. n. 3. & dicent, Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, nequam appellaberis Jacob, sed Israël erit nomen tuum, ait Angelus, Cur ergo hic non appellat Israël, sed Jacob? Cur ergo non dicitur, Ascendamus ad domum Dei Israël, Israël fuit nomen datum ei à Deo ob suam eximiam fortitudinem, Jacob autem est nomen luctatoris meritum inuentis, & magnus Dominus tacet magnificentum nomen quod dedit, & commemorat id quod importat meritum tamquam in ejus obsequium, prætermitterit nomen Israël, quod ob victoriam fuit datum, & scribitur nomen luctatoris tamquam sit semper coram Deo. Ibi D. Basilius eleganter, & ait, Ad domum Dei Jacob; quando quidem Jacob nomen cæcava est adhuc supplantantis, & athena; Jacob supplantator vocatur ob fortem luctum contra Israël adversitates, denique obtentâ victoriâ recipit præmium nomen reportans Israël.

11. Ait Regius Vates psalm. 115. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi; non ait, qui tribuit mihi, sed retribuit tamquam in recompensationem rei acceptæ, ac si Deus magis velit agnosci debitor, quam dator. D. Basilius homilia in martyrem Julitam ait, Quid retribuemus Domino pro omnibus, quæ retribuit nobis; etenim rursus magnificus dator, haud quaquam dictus est tribuisse, sed retribuisse, ac si is non cepisset prior in nos gratiam conferre, sed resolveret acceptam.

QUÆSTIO III.

Quare vipera mordens Paulum nullum nocumentum ei dedit.

12. Vipera non dicitur, ut aliqui dixerunt, quasi vi parens erasa per foetum alvo matris, hoc enim falsum est, ut experientia compertum est, sed dicitur quasi vivipera, eo quod sola inter serpentes pariat vivum foetum, non ova, ut inquit rheophrastus, & ex eo Alianus lib. 9. historiar. cap. 31. & 32. qui ex galleno, & Plinio addunt viperam adeo ex se pestilentem, ac venenosam esse, quod non solum morsu, sed etiam sibilo, & anheliu quem efflat, hominem obstupefaciat, & morbum lethalem inferat; quâ de causâ Melitenfes, ut simul vipera momordit paulum morsum mortalem in eo existimabant.

13. Virtus autem pauli non solum effecit, ut vipera ei non noceret, sed etiam impetravit, ut in ea insulâ serpentes omni veneno carerent, & quamvis aliquem morderent, nullum totaliter damnum inferrent, quam Insulani vocant gratiam D. pauli.

14. D. Chrysof. moraliter homilia 8. in epistolam ad Ephesios ait, Admiraris Paulum tunc potissimum quando nihil illi, qua manus adhaferat, detrimenti adferebat vipera; nil mireris catenam illam quippe reverebatur. Immo & universum mare veneratum fuerat, nam tunc quoque vincus erat. Scilicet periculis maris manus pauli catenis alligata, & periculis undique circumdatus, ac vincus sic fuerunt manus ejus sanctificatæ, ac sublimatæ

Magnus existimat se non dare sed accipere.

Vipera vulde venenosa.

Virtus Pauli si bi, & insula.

Chrysof. Manus Pauli catenis sanctificatur.

ut omne nocumentum vinceret, & de illo triumpharet, ut nihil illi læderet.

de Christo domino ait Isaias 10. num. Faciem meam non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me. de quo venuste loquitur Origenes homilia 35. in Matth. non ergo avertit faciem suam Christus magna a confusione sputamentorum, ut magis glorificaretur vultus ejus, quam fuit vultus Moysis glorificatus, tanta, & tali gloria, ut comparatione glorificationis istius vultus illius glorificatio destrueretur, sicut in conspectu Solis lumen lucerna destruitur, ecce facies Jesu plena confusione sputorum magis glorificata & gloriosa, quam facies moysis suis radiis, quia suprema exaltatio, & glorificatio est patri pro Dei voluntate, & ideo Paulus suis catenis maxime deditur, ac sublimatus est. Vide supra cap. 16. q. 19 n. 81. 82. 83.

QUÆSTIO. IV.

Quare vipera excussa è manu Pauli non cadit in terram, nec in campum, sed in ignem.

15. Ait textus vers. 5. Ille quidem, scilicet paulus, excutiens bestiam in ignem cur non in terram, vel in campum, sed in ignem ubi ipsa vipera perit, ac consumpta est.

Ad quem recte respondet Theodoretus q. 18. in Genesim, & ait, Cum nihil peccato tenerum, ac molle in eo reperisset, mox resiliit, & in igne se coniecit, supplicium de se ipsa sumens, eo, quod corpus sibi conveniens nullatenus adorata esset. Vipera in pauli manu nullum intulit nocumentum, quia in eâ nihil tenerum invenit, eum esset virtute armata. Unde ait in præsentia Occumenius, Nos vere bestias timeamus propterea quia armaturâ virtutis muniti minime sumus.

16. In ignem se coniecit, supplicium de se ipsa sumens. Vipera venenosa peccatorum peccati veneno repletum indicat, ac significat, quia suâ nequitia, ac malitia sibi supplicium advocat. Saul sua inobedientia, & ambitione negotiavit, Spiritus Domini recessit de Saul, & exagitabat eum spiritus nequam. 1. Reg. 16. n. 14. Septuaginta legunt suffocabat eum. Vide supra cap. 5. q. 18 n. 125. 126. 127.

17. Secundo vipera excussa è manu pauli iniecit se in ignem, vipera aggressa est manum pauli, ut eam morderet, ac offenderet, sed manus Pauli nullam læsionem passa, sed magno miraculo sublimata, & libera ab ejus morsu evasit ita, ut adstantes dicerent Paulum Deum esse vers. 6. At vipera inde sui combustionem reportavit, sic exaltâ dei providentia venit, ut malum, quod peccatores machinantur contra justos non ad eorum depressionem sed exaltationem inferriat; & totum malum in ipsos peccatores retorquetur.

18. psalm. 20. agit david sub nomine Regis de gloria justorum ut exponunt D. Chrysof. Bussin, noster Incognitus n. 8. Quoniam Rex sperat in Domino, & in misericordia Altissimi non commovebitur, inde convertit sermonem ad ipsos iniquo peccatores, justos, & sanctos persequentes, & ait, n. 10. Pone eos in clibanum ignis, clibanus igne consumitur, & in cineres redigitur, at panes coctos pulchros, ac elegantes conficit, sic peccatores, dum insurgunt in iustos sibi potius obsunt, illis profunt, illis gloriam, sibi ignominiam procurant. Vide supra cap. 29. q. 8. n. 62. 63.

QUÆSTIO

QUÆSTIO V.

Quare cum vipera dependet è manu Pauli, adstantes judicant Paulum hominem homicidam, ac facinorosum esse?

21. Audiebat paulus, quod circumstantes dicebant, Vique homicida est homo hic, qui cum evaserit de mari, ultio non sinit eum vivere, & tamen Paulus tacet quia, ut ait D. Gregorius magnus homilia 18. in Evangel. Gloriosus est injuriam tacendo fugere, quam respondendo superare. Electo Saule in Regem dicebant alii. 1. Reg. 10. num. 27. Numquid poterit nos salvare iste? at ille natus ad regnum dissimulabat se audire. Græcus, factus est obmutescens. Magdalena compungitur à Sorore Martha; Domine non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare. Luc. 10. num. 40. Magdalena prudens tacet, & tacendo melius respondet quam loquendo.

22. Dicebant Melitenfes, homo iste homicida, horum iudicium approbat D. Chrysofotomus ex his, quæ communiter accidunt, venenosa vipera mordens, & crimen perpetratum non effugit Divinam iram, Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos. Ps. 54. n. 24. qui gladium accipiunt, gladio peribunt Matth. 26. n. 52. Divina ultio impios sequitur.

23. Melitenfes larga experientia deprehendebant vipera morsum ex se ipsâ esse mortiferum, idem existimabant eventurum esse Paulo, nam id, quod quis est expertus, facile alios apprehendere posse sibi persuadet. Proficiscuntur filii Jacob in Egyptum ad comparandum triticum pro subsidio famis ait textus, Benjamin in domo retento a Jacob, qui dixerat fratribus ejus, ne forte in itinere quidpiam patiatur mali. Gen. 42. num. 4. Valde conveniens videbatur, quod Benjamin fratres comitaretur in Egyptum, deinde Jacob solum timet, ne forte in itinere, quid mali patiatur, cur etiam non timet in Egypto inter nationes barbaras, ac extraneas. Benjamin frater erat Joseph eadem matre; dictum fuerat Jacob, quod Joseph dum, quæretet fratres in via, devoratus fuerat à ferâ pessimâ, timet Jacob, ne idem accidat fratri suo uterino Benjamin. Rupertus ibi ait, In Benjamin qui erat uterinus frater Joseph, de quo parvi non levis suspicio esse poterat, quod fratrum perisse malitia, proinde Benjamin domi retentus est ab eodem dicente, ne forte in itinere quidquam patiatur mali.

24. Cum meus Jesus plenus ostenderet inimicam charitate ac amore Dei, & hominum, quod cum notum fuisset suis cognatis, scribit D. Marc. cap. 3. num. 21. cum audissent sui exierunt tenere eum, mebane de dicentes enim, quoniam in furorem versus est, quid furor cum mitissimo, ac mansuetissimo Jesu, qui totus est mitis, suavis, & dulcis, Victor Antioch. ibi, arbitrabantur enim id illum pati, quod ipsi revera patiebantur. Cum ipsi multoties essent furore ferentes ex se ipsi, idem præsumebant de mitissimo Agno Jesu.

Act. 28. n. 6. At illi existimabant eum in tumorem convertendum, & subito casurum & mori. Diu autem illis expectantibus & videntibus nihil mali in eo fieri, convertentes se dicebant eum esse Deum.

Vir magis ta. cendo respondet D. Greg.

1. Reg. 10.

Septuag. Luc. 10.

1. Reg. 10. Ps. 54. n. 24. Matth. 26.

Gen. 42. Rupert.

Gen. 42.

Rupert.

D. Marc. 3. num. 21.

Psalm. 20. D. Chrysof. Bussin. Incogn.

Versiones.

SECUNDA EXPOSITIO Usque ad Vers. 10.

25. Ait illi existimabant eum in tumorem convertendum, secundum consuetum morem, illum vipera morsum convertendum in inflammationem quæ sequitur ex morsu vipera, & sic legunt ragninus, & Tigrinus. At illi existimabant futurum, ut incederet, aut concideret repente mortuus. Diu autem illis expectantibus, Syriacus, Et cum multum tempus expectassent, & nil adversi pati mutaverunt sermones, existimantes, & acclamantes ipsum esse Deum sicut lycæonii videntes mirabilia Pauli eum acclamant Mercurium, Actor 14. n. 18.

26. In locis autem illis erant præsidia, possessiones, & domicilia principis insula id est viri primari, ac principalis ipsius insule, arabicus addit Primas illius insula, & circumjacentium oppidorum nomine Publii, de quo q. 8. Suscipiens nos in triduo benigne, Syriacus, hilariter, Arabicus, cum honore Arias, amice, Æthiopicus, amanter.

27. Vers. 8. contigit autem patrem publii jacere febribus, & dysenteria, Syriacus, dolore viscerum, Paulus sanat eum. Vers. 9. Omnes infirmi adducebantur, & sanabantur. Vers. 10. Omnes multis honoribus prosequantur Paulum ministrantes quæ erant necessaria ad navigationem.

QUÆSTIO VI.

Quare Melitenfes cito Paulum moriturum credebant, & statim eum esse Deum acclamant?

28. Melitenfes communi experientia ducti cogitabant ex morsu vipera Paulum funebrem, ac lamentabilem mortem venire, deus autem disposuit ut illi magnifica exaltatio præveniret, nam ex eisdem factis valde dissimilibus ordinat Deus similia facta. Abraham de filio generando promissione risit ipse, Genes. 17. num. 18. Cum eadem promissio audita esset à Sara, risit illa, Genes. 18. num. 10. Spectato humano iudicio, vel uterque risus probaretur, vel condemnaretur, & tamen risus Abraham, tamquam approbatus absolvitur, & nihil actum est contra eum. At Sara risus arguitur, & reprehenditur, & ait Dominus, Quare risus Sara nunquid Deo est quidquam difficile. citato cap. 18. num. 13. Rem præclare expendit D. Augustin. quæst. 36. in Genes. & ait, Queritur, quare istum reddidit Dominus, cum & Abraham riserit nisi quia illius risus admirationis, & lætitiæ fuit, Sara autem dubitationis, & de illa iudicare potuit qui corda hominum novit; quod in multis aliis visitur. Pharaon, & Abimelech Saram uxorem Abraham eripuerunt, nil potuit esse similis, & tamen Dominus illum, ut adulterum punit Genes. 12. n. 17. & hunc tamquam innocentem absolvit Genes. 20. n. 6.

29. Ecce vipera mordens incolas insulæ infligebat mortem, mordens Paulum affert illi exaltationem; immo & multis vitam, quam multi recipiebant agnita virtute Pauli; quia Paulum maxime deus exaltavit, ut illico, ac statim deponerent opinionem quam sinitre de paulo compererat quæ erant homicidæ, supra vers. 4. Non patitur Deus, ut sui servi aliquâ sinistra opinione laborent, ac affligantur.

Pagn. in Tigunia

26. Syriac.

Act. 14.

27.

Arabic. Syriac. Arabic. Arias. Æthiop.

28.

29.

Gen. 17. Gen. 18. In similibus factis valde dissimilibus Dei operatio. Gen. 18. D. Aug.

Gen. 12. Gen. 20.

30.